

SCRIPTA

Numéro Scripta : 7447

Autre(s) référence(s) : Round 228

Auteur(s) : Henri II Plantagenêt, Angleterre (roi)

Bénéficiaire(s) : Longueville-sur-Scie, Sainte-Foy (prieuré)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [1188-1189]

Lieu d'émission : Le Mans

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Confirmation de biens accordée au prieuré de Sainte-Foi de Longueville.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Berger Élie, Delisle Léopold, *Recueil des actes de Henri II, roi d'Angleterre et duc de Normandie concernant les provinces françaises et les affaires de France*, Paris, Imprimerie Nationale (Chartes et diplômes relatifs à l'histoire de France), 1916-1927, 3 vol., n° DCCLXVIII, t. 2, p. 421-428.

Indications

Round John-Horace, *Calendar of Documents Preserved in France, Illustrative of the History of Great Britain and Ireland*, 918-1206, Londres, Her Majesty's Stationary Office, 1899, n° 228.

Dissertation critique

« 1188–1189 (probablement mars-juin 1189) » : sur la datation de cet acte, voir DELISLE/BERGER, *Recueil des actes de Henri II*, t. 2, p. 421. Hugues de Nonant, évêque de Chichester et de Coventry, élu à partir de 1185 et sacré le 31 janvier 1188 en Angleterre.

Texte établi d'après a

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, justiciis, vicecomitibus, ministris et omnibus fidelibus suis totius Anglie et Normannie, salutem.

Sciatis me concessisse et presenti carta confirmasse Deo et monachis de Karitate Deo servientibus in ecclesia Sancte Fidis de Longa Villa, pro amore Dei et salute anime mee et antecessorum meorum, libere et quiete, ignem suum in bosco meo d'Eawi per duas carretas perpetuo jure, et mortuum boscum sive in jacendo sive stando, sicut quondam rex Henricus, avus meus, eis concesserat ; et preterea quicquid eis datum est ex dono Willelmi regis secundi, sive ex dono Henrici regis, avi mei. In primis apud Longam Villam, de dono Walteri Giffardi, terram ad unam carrucatum et feriam unam in die Conceptionis Sancte Marie ; ecclesiam ejusdem ville cum pertinentiis suis, et terram et homines suos, ubicumque sint in eadem villa, cum omnibus consuetudinibus eorum ;

unum molendinum intra curiam monachorum, et aliud in villa, et decimam molendinorum comitis et totius census ejusdem ville et thelonei, et modium unum vini per annum ad missas, et consuetudines et libertates et dignitates quas habent de comite Giffardo, in bosco et plano et piscariis et molendinis, tam in hominibus quam in animalibus suis. Apud Sanctam Fidem de Bosco, ecclesiam et omnes prebendas et omnes res ad ipsam pertinentes, tam in terris quam hominibus, et ad festivitatem Sancte Fidis feriam unam in die cum vigilia, et boscum quem ibi habent. Apud Vulfranvillam, feriam unam in die Sancti Audoeni, et ecclesiam cum partibus et pertinentiis suis, et quicquid comes Giffardus habebat in dominio, scilicet in terris, molendinis et pascuis et rusticis. Apud Croseium, quicquid comes Giffardus habuit in bosco et terris et aquis, piscariis et molendinis, et ut de bosco suo faciant libere quicquid eis utile visum fuerit. Apud Apigardum, ecclesiam, cum pertinentiis suis, et feriam unam in die Sancti Clementis, cum terris et hominibus suis, et decimam de parco et exarto illius. Apud Colesnil, ecclesiam, cum pertinentiis suis. Apud Oschevillam, ecclesiam, cum pertinentiis suis, et feodum quod Gillebertus clericus tenuit, et homines ad illud pertinentes, et ibidem alios homines de dono Walteri de Cantelu, et alios homines de feodo [de] Willeker. Apud Loram, ecclesiam et pertinentias suas, et quatuor pondera salis, et duas salinas, et duas ambras salis. Inter Monasterium Villare et Espouvillam, totam terram quam comes Giffardus dedit Roberto filio Gilleberti, et super montem et infra. Apud Novamvillam, ecclesiam cum pertinentiis suis, et ipsam villam totam cum pertinentiis, excepto illo quod comes dederat domui de Templo, et quod Hugo tenebat de donatione comitis. Preter hec, ipsam villam, et Puit, et terram de Polet, cum omnibus consuetudinibus hominum suorum terra marique de divisa comitis Giffardi, que omnia concessi eis pro anima ipsius comitis. Decimam de Spineto de feodo comitis Giffardi. Ecclesiam de Bosco Wielin ; ecclesiam de Petitvilla, cum pertinentiis, et duos homines cum tenementis eorum, et decimas de Esweis de dono Gilleberti de Falesia et Ricardi de Morevilla. Apud Longolium, decimam molendinorum comitis, et quicquid Adam clericus habuit in ecclesia ipsius ville de dono comitis, et decimam de dominio comitis, et ecclesiam de Blomesnil cum pertinentiis suis. Apud Deupam, masuram unam omnino liberam, de dono Willelmi comitis fratris mei, pro Sawalo, juxta terram Hervei. Ecclesiam Sancti Jovini, cum pertinentiis suis et terra et hospitibus quos ibi habent. Ecclesiam Magne Ecclesie, cum pertinentiis suis, et terram et homines ibi de feodo de Nova Villa et Roberti de Buievilla et Theobaldi de Fraxino. Apud Monasterium Villare, de dono Willelmi de Nova Villa, viginti solidos in molendino suo, et unum hominem apud Rembertot. Apud Eskevillam, unum hominem de dono Roberti de Nova Villa. In villa Monasterii Villaris, unam masuram pro Simone monacho. Apud Ansketevillam, ecclesiam cum pertinentiis suis, et terram, et homines quos habent de Hugone Thalebot et heredum suorum (sic). Ecclesiam de Angens cum pertinentiis suis, et hominem unum cum reddito suo, de dono Rogeri de Blossavilla, pro Aaliz matre sua ; et ibidem, unam masuram, de dono Aaliz de Cani et Henrici Biseti ; et de dono eorumdem, apud Auteneium, decem acras terre de exarto nemoris, et ibidem duos homines de dono Hugonis de Auteneio et Eudonis de Ouvilla. Apud Dunum, ex dono Willelmi filii Stephani et Radulfi filii sui, de feodo et concessu comitis de Warena, duos homines cum suis tenementis et duas masuras terre quas Columba tenuit ; et ibidem unam masuram de dono Gillebert Caletot ; et ibidem dimidiam masuram, scilicet trium acrarum, de dono Gaufridi de Auxenvilla pro Willelmo patre suo. Ecclesiam de Herbervilla, cum pertinentiis suis, et terram que fuit Radulfi de Villeker, et terram et homines et quicquid Willelmus Ruendel et heredes sui dederunt eis in eadem villa. Ecclesiam Sancti Medardi cum pertinentiis suis, et terram et homines quos ibi habent. Ecclesiam Sancte Genovefe cum omnibus pertinentiis, et terram et homines suos ibidem, et unam carrucatam terre, et culturam terre que vocatur de Tilia Comitum, de dono Ricardi Thalebot et Avitie uxoris sue et Hugonis filii sui. Ecclesiam de Bosco Rohardi, cum pertinentiis suis et cum decima thelonei, et cum decima molendini et panis domini, ex dono Radulfi de Bosrohardi et heredum suorum. Ecclesiam de Parva Preta, cum pertinentiis suis, et duas carrucatas terre, et hospites suos et redditus quos ibi habent ; et apud Boscum Rohardi, terram et homines suos et redditus, masuram ubi sedet grantia, de dono Radulfi, et unum hospitem, de dono Willelmi et Rogeri de Torchi. Ecclesiam de Croiseio et ecclesiam Sancti Petri de Valle cum pertinentiis earum. Ecclesiam de Sancta Maria de Belmont, cum pertinentiis suis. Decimam rusticorum de Hotot, de dono Antelmi, et modium frumenti in molendino suo de Apevilla, et unum hominem apud Baskevillam, et decimam terre sue de Hermevilla, et decimam Sancti Audoeni super Elnam similiter, et de dono Gilleberti de Hotot. Apud Sanctum Crispinum, decimam de terra Joscelini de Criolio, et ibidem decimam molendini Osberti Buflii. Decimam de Gorrel de terra Willelmi Calcetensis et Antelmi de Monteneio et Gilleberti de Hotot ; et ex dono Radulfi de Cantalup[o], unum hominem ibidem. Decimam rusticorum Helie Haket apud Tilium et apud Dodelenvillam. Apud Burdivillam, decimam de feodo Ymmari. Apud Ghebervillam, decimam de feodo Walteri de Cantalup[o], et duos hospites apud Oschevillam. Apud Gebervillam, terram Willelmi dapiferi, de dono Walteri. Apud Osmundi Villam, unum hominem, de dono Willelmi de Sancto Audoeni. Apud Lambervillam, unum hominem, de dono Gaufridi

de Faghelunda. Ecclesiam de Ouvilla cum pertinentiis suis, et terram et homines quos ibi habent de Gilleberto de Falesia. Apud Ermencivillam, terras et duas partes saline, de dono Roberti de Botellis ; et ibidem, de dono Roberti Nivart, unam salinam ; et ibidem, scilicet apud Botellas, domum Ernulfi liberam, et unam salinam ; et ibidem dimidium modium salis in salina Ymmari Martri, in salina ejus, de dono ejus. Apud Hermevillam, tres acras terre, de dono Willelmi filii Herbert. Apud Maisnil Bernardi, quinquaginta acras terre, de dono Bernardi de Fossato, et aliam terram quam habent de Roberto preposito Sancti Sydonii. Apud Boscum Wielin, decem acras terre, de dono Jordani de Criketot. Apud Blivillam, unum hominem, de dono Gaufridi de Blivilla. Apud Sotevillam, terram quam Radulfus de Willeker dedit eis. Apud Guerras, unam masuram, cum toto reddito ejus, quam tenuit Oinus, de dono Audulfi de Guerris. Apud Boscum Turoidi, unum hominem, de dono Willelmi Pasnagii. Apud Fuletot, unum hominem, de dono Willelmi de Cantalupo. Apud Monasterium Villare, viginti solidos, de dono Willelmi de Nova Villa, in molendino suo, et unum hominem apud Rembertot. Apud Eskevillam, unum hominem, de dono Roberti de Nova Villa. Apud Bosrohardi, duas acras terre, de dono Lamberti. Apud Anslevillam, unam masuram, de dono Hermerii, et ibidem alteram masuram, de dono Walteri. Apud Anslevillam, unum hominem, de dono Helie Hachet, et quamdam terram de Willelmo de Portis. Apud Sacchevillam, viginti solidos in molendino camerarii, de dono ejus, pro Ricardo monacho ; et de eodem camerario, duos solidos ad thus emendum, pro Maltilde cameraria, de censu de Manehoutvilla. Apud Brametot, tres homines, de dono Audulfi de Brachi. Apud Escuremaisnil, quicquid Jordanus de Sachevilla ibi habebat et in terra et in pratis. In foresta de Alihermonte, capellam Sancti Remigii, cum terra adjacente, et duos summarios sive unam carretam ad sustentationem monachi ibi manentis. Apud Ricarvillam, terram totam quam ibi habuit Willelmus de Malcu[m]ble. Apud Torchi, duos homines, de dono Thome, et viginti solidos in molendino ejusdem ville, de dono Hugonis patris sui. In molendino Stabularum, quartam partem, de dono Ricardi de Ricardi Villa. In molendino de Nigella, dimidium modium frumenti, de dono Hugonis Talebot senis, et in eodem molendino, quatuor minas frumenti, de dono Hugonis Talebot junioris. Apud Sanctum Audoenum super Elnam, decimam de terra Willelmi Soldarii, de dono ejus. Apud Ricarvillam, decimam tocus terre Willelmi Avenel, quam tenebat de Ricardo de Ricarvilla. Duas garbas de tota terra quam Robertus filius Hugonis de Guncevilla tenuit de feodo Walteri Giffardi. Apud Sackevillam, decimam quam Gillebertus Pepin de monachis tenuit ad firmam. Apud Longam Villam, molendinum quod est in villa, de dono Herbranni de Sackevilla et Jordani filii sui, et de dono Jordani quicquid habebat in Rocamonte et in Baienello et quinque virgatas terre in Guntervalle. Apud Croseium, terram ubi virgultum plantatum est, de dono Balduini de Cantelupo. Apud Guimevillam, terram quam ibi habebat Walterus filius Baldri ; et ibidem decimam terre quam Gillebertus de Gonnevilla dedit eis. Apud Hamels, unum hominem et redditum quem Raierius de Ewremou dedit eis. Apud Flenvillam, dimidiam masuram terre, de dono Gaufridi de Flenvilla. Apud Osmundivillam, tres homines, de dono Radulfi de Cressi ; et in eadem villa, sex acras terre, de dono Tusteni Calcensis et Willelmi filii sui. Apud Longam Villam, terram quam habent de Hugone Bonenee, et ex concessione Gilleberti Wascelini. Apud Archas, terram Willelmi filii Laudomeri. Ecclesiam de Bernartmesnil, cum pertinentiis suis, et terram de dono Walteri de Criolio. Apud Petitvillam, quatuor masuras, de dono Radulfi de Willeker, et apud Drosei, masuram Gaufridi Envesei, de dono ejus. Apud Guncevillam, unam masuram, quam mater Willelmi de Herbervilla dedit, concessu Willelmi fratris sui, quando factus est monachus. Apud Bretevillam, unum hominem, cum toto tenemento et terra et bosco, quod dedit Walchelinus de Becco, concedente Roberto nepote suo. Apud Barevillam, unam masuram. Apud Fresnetum, duas masuras. Apud Dunum, decimam molendini Gilleberti Ridel. Apud Dudevillam, unum hominem, de dono Eustachii et Rogeri filii sui ; et ibidem alium hominem, de dono Willelmi de Dudevilla. Apud Goncevillam, terram Ysabel, ex concessu Nicholai et Roberti dominorum suorum. Apud Carcuit, terram quam habent de Helissent et Roberto de Goncevilla. Apud Alpigart, quinque acras terre et hominem, de dono Roberti Senter. Apud Herbervillam, unum hominem, de dono Eustachii. Apud Engleskevillam, decimam tocus terre quam Jordanus de Sackevilla dedit filie sue in maritadium. Terram quam habent apud Alpigart et apud Luneretum, de dono Willelmi Lelevrer. Apud Broetevillam, duas acras, de dono Simonis de Wasvic. Apud Dunum, unam masuram, de dono Victoris. Apud les Bans Comitis, unam masuram, de dono Willonis de Becco. Apud Longam Villam, unam feriam in die Ascensionis, et ibidem terram quam habent de dono Hawisie Veziée. Apud Sanctum Crispinum, duas acras de Johanne Rossel. Apud Muchedent, unum pratum totum, sicut aqua cingitur usque ad Alnetum Engheleri, de dono patris Hugonis de Muchedent. Apud Bosartmont unum hominem, de dono Radulfi de Willeker. Apud Gherelvillam, hominem unum et acram unam terre, de dono Gaufridi. Apud Herbervillam, unam masuram, de dono Willelmi. In Anglia, de dono Walteri Giffardi, Horewoldam, villam scilicet et ecclesiam, cum pertinentiis suis omnibus, excepto feodo Duranni. Newetonam totam, excepto feodo Odonis, et ecclesiam ejusdem ville, cum pertinentiis omnibus. Ecclesiam de Wadona, cum pertinentiis suis. Apud Westonam, quicquid Walterus Giffardus habebat, et ecclesiam cum pertinentiis suis. Similiter quicquid habebat in dominio apud Winchighehan, et ecclesias cum pertinentiis suis, excepto feodo Willelmi et Radulfi de Leonibus et Buteri, et conredium quietum clamatum a Waltero Giffardo. Terram de Rotholnegham. Decimas de his dominiis, videlicet de Solesburne, de Merselai, Singlesberghe, Badelesdone, Brikelai, Blechelai, Moleshou, Luctona, Litecota, Bukunghehan. Mortona, Lamport., Lilingestan, Akeleia, Beccantona, Bradewella, Fulkesorde, Policota, Chiltona, Ultona, Dortona, Lecainestéda,

Kamestona, Chikeshan, Hachetona, Esintona, Edingrava, Gersdeslai, Bodinhessan, et unum hominem quem ibi habent. Decimas de dominiis quibusdam apud Doumave (?) de feodo comitis de Sancto Paulo. Decimas de dominio de Meldona, et unum hominem cum suo tenemento. Burtone, decimam de dominio. Capellam Sancte Trinitatis de Norwico. Hanneam cum pertinentiis suis, cum viginti solidatis terre antiquitus a monachis possessis, exceptis feodis Roberti de Buievilla et Willelmi Cokerel ; et ecclesiam Hannee, cum pertinentiis suis, cum ecclesia de Blomesnil et Longolii ; decimam quoque de dominio de Hannea, que villa cum predictis data est monachis pro excambio ecclesie de Creendona cum decima de dominio ejus et decima domini Winchendone et capella, que prius sui juris erant et date sunt canonicis Sancte Marie de Parco. Terram quam habent in Waldona. Terram de Reppis cum pertinentiis. Ackeleiam et ecclesiam ejusdem ville cum pertinentiis suis. Decimam terre de dominio Hugonis Maskerel. Ecclesiam de Herletona, cum pertinentiis suis, et unum hominem. Terram de Radulfo camerario. Decimam de dominio de Herletona. Ecclesiam de Witrehan ad infirmariam monachorum cum pertinentiis suis et decimam de dominio. Preterea hec sunt ad hospitale pauperum de Longa Villa, quod fundaverunt Walterus Giffardus et Ermengardis uxor ejus, et dederunt monachis cum omnibus pertinentiis suis, cum una carrucata terre apud Longamvillam, et unum molendinum thanerez, et dimidium molendinum de Waldrevilla, et boscum juxta hospitale a via Gobin usque ad viam que vadit de Waldrevilla in Awi. Decimam quoque allectium suorum et piscium de eweis de Longolio et de Nova Villa et de Puiz. Apud Novam Villam, tres modios salis. Juxta Monasterium Villare, dimidium molendinum quod Paganus tenuit. Decimam molendini de Hareflu. Ecclesiam de Waldrevilla, cum pertinentiis suis. Ecclesiam de Cantalup[o], cum pertinentiis suis. Decimam de dominio de Osulvilla, de dono Sawali. In Anglia, ecclesiam de Stokebi, cum pertinentiis suis et decima de dominio. Ecclesiam de Stratona, cum pertinentiis suis. Decimam de dominio de Carvessan. In Normannia, quinque solidos in masura Nicholai Mercatoris apud Monasterium Villare. Apud Sanctam Fidem de Bosco, totam terram que fuit Vincentii filii Ricardi filii Goberti. Quinque solidos de Audulfo de Guerris. Unam feriam dominica prima post festum Sancti Martini. Hec omnia pertinent ad hospitale. Preterea ad monachos unum hominem apud Gherolvillam, de dono Willelmi Puinctel, cum tenemento suo. Apud Monasterium Villare, unum pratium quod dicitur de la Fesse. Apud Archas, masuram unam. Hec ergo prenominata statuo ut a justiciis meis integre monachis conserventur, sicut mea dominica. Quare volo et firmiter precipio quod predicti monachi omnia hec predicta teneant bene et in pace, et libere et quiete, et integre et honorifice, in bosco et plano, in pratis et pascuis, in viis et semitis, in piscariis et molendinis, in aquis et mariscis, in burgis et villis, in decimis et ecclesiis et in omnibus rebus, cum soca et saca et toll et theam et infangintheof et flemanefrenche, et cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus predictis tenementis pertinentibus, salvis rectitudinibus episcopalibus et aliis quas predictae ecclesie debent. Precipio etiam quod ipsi et ministri eorum sint quieti per totam Angliam et Normanniam de theloneo et passagio et pontagio et pasnagio et reguardio forestarum, et omni consuetudine de rebus suis et omnium que ad proprios usus pertinuerint, et ne ducantur in placitum de quolibet tenemento quod tenent, nisi coram me vel coram capitali justitia Anglie vel Normannie. Concedo etiam quod vasa sua plumbea ad suos usus in domo sua fundere possint libere, et omnia utensilia et sibi necessaria exercere.

Testibus : Balduino archiepiscopo Cantuariensi, Hugone episcopo Lincolniensi, Radulfo episcopo Lexoviensi, Johanne episcopo Ebroicensi, Hugone episcopo Cestrensi, Gaufrido cancellario, Roberto archidiacono Herefordiensi, Hugone abbate Furcardi Montis, Sansone abbate Sancti Audoeni, comite Willelmo de Magnevilla, Ranulfo de Glanvilla, Reginaldo de Corteniaco, Seherio de Quinci, Hugone de Cressi, Jordano de Belnaio, Rogerio Calcetensi, et multis aliis.

Apud Cenomannum.